

# Domingo IV de Pascua

## Primeras vísperas

### Invocación inicial

Deus, in adiutorium meum inténde.

Dómine, ad adiuvándum me festína.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in scula sæculórum. Amen. Aleluya.

*Dios mío, ven en mi auxilio.*

*Señor, date prisa en socorrerme.*

*Gloria al Padre, y al Hijo, y al Espíritu Santo.*

*Como era en el principio, ahora y siempre, por los siglos de los siglos. Amén. Aleluya.*

### Himno *Ad cenam Agni próvidi*

1. Ad cenam Agni próvidi, stolis salútis cándidi, post tránsito maris Rubri Christo canámus príncipi.

2. Cuius corpus sanctíssimum in ara crúcis tórridum, sed et cruórem róseum gustando, Deo vívimus.

*Revestidos para la cena del Cordeiro con las estolas blancas de la salvación, tras el paso del Mar Rojo, cantemos a Cristo, nuestro Príncipe.*

*Él ha querido que gustando de su sangre rosada y de su Cuerpo sacratísimo, inmolado en el ara de la Cruz, pudiésemos vivir la misma vida de Dios.*

3. Protécti paschæ véspero a devastánte ángelo, de Pharaonis áspero sumus erépti império.

*Protegidos frente al Ángel devastador, durante la noche de la pascua, hemos sido liberados del áspero yugo del Faraón.*

4. Iam pascha nostrum Christus est, agnus occísus innocens; sinceritátis ázyma qui carnem suam óbtulit.

*Ahora ya es Cristo nuestra Pascua, el manso Cordero sacrificado; el Ázimo puro de sinceridad, que ha ofrecido su misma Carne.*

5. O vera, digna hóstia, per quem frangúntur tártara, captíva plebs redímitur, reddúntur vitæ præmia!

*¡Oh verdadera Hostia dignísima!, que, humillando al Infierno y después de redimir a tu pueblo cautivo, le has devuelto el premio de la Vida.*

6. Consúrgit Christus túmulo, victor ređit de bárathero, tyránum trudens vínculo et paradísu réserans.

*Surge Cristo del sepulcro y al regresar victorioso del Abismo, habiendo encadenado al tirano, nos abre las puertas del Paraíso.*

7. Esto perénne méntibus paschále, Iesu, gáudium, et nos renátos grátiae tuis triúmphis ággrega.

*Sé, Tú, Jesús, para nuestras almas el gozo perenne de la Pascua, y dignate hacernos partícipes de tu triunfo a quienes hemos renacido a la gracia.*

8. Iesu, tibi sit glória, qui morte victa prnites, cum Patre el almo Spírítu, in sempitérna scula. Amen.

*Para Ti, Señor, toda la gloria, que, vencida la muerte, reluces deslumbrante con el Padre y el Espíritu Santo, por los siglos de los siglos. Amén.*

## Antífona 1 *Regi autem* (1 Timoteo 1, 17)

Regi autem sæculórum immortalí, invisíbili, soli Deo honor et glória in scula sæculórum. Amen. Allelúia.

*Por tanto, al Rey de los siglos, al inmortal, invisible, al único y Dios, sea honor y gloria por los siglos de los siglos. Amén. Aleluya.*

## Salmo 121

1 Laetátus sum in eo quod dixerunt mihi: \* «In domum Dómini íbimus.

*Qué alegría cuando me dijeron: \* «¡Vamos a la casa del Señor!»!*

2 Stantes iam sunt pedes nostri \* in portis tuis, Ierúsalem.

*Ya están pisando nuestros pies \* tus umbrales, Jerusalén.*

3 Ierúsalem, quae aedificáta est ut cívitas, \* sibi compácta in idípsum.

*Jerusalén está fundada \* como ciudad bien compacta.*

4 Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini, \* testimónium Israel, ad confiténdum nómini Dómini.

*Allá suben las tribus, las tribus del Señor, \* según la costumbre de Israel, a celebrar el nombre del Señor;*

5 Quia illic sedérunt sedes ad iudícium, \* sedes domus David.

*en ella están los tribunales de justicia, \* en el palacio de David.*

6 Rogáte, quae ad pacem sunt Ierúsalem: \* Secúri sint diligentes te!

*Desead la paz a Jerusalén: \* «Vivan seguros los que te aman,*

7 Fiat pax in muris tuis, \* et securitas in turribus tuis!

*haya paz dentro de tus muros, \* seguridad en tus palacios».*

8 Propter fratres meos et próximos meos \* loquar: Pax in te!

*Por mis hermanos y compañeros, \* voy a decir: «La paz contigo».*

9 Propter domum Dómini Dei nostri \* exquiram bona tibi.

*Por la casa del Señor, nuestro Dios, \* te deseo todo bien.*

Gloria Patri et Fílio,\* et Spirítui Sancto.

*Gloria al Padre y al Hijo, y al Espíritu Santo.*

Sicut erat in principio, et nunc, et semper,\* et in saécula saeculorum. Amen.

*Como era en el principio, ahora y siempre, por los siglos de los siglos. Amén.*

## **Antífona 2 *Redemisti nos* (Apocalipsis 5, 9)**

Redemísti nos Deo \* in sanguíne tuo, allelúia.

*Nos redimiste Dios con tu sangre, Aleluya.*

## **Salmo 129**

1 De profúndis clamávi ad te, Dómine; \* 2 Dómine, exáudi vocem meam.

*Desde lo hondo a ti grito, Señor; \* Señor, escucha mi voz;*

Fiant aures tuae intendéntes \* in vocem deprecationis meae.

*estén tus oídos atentos \* a la voz de mi súplica.*

3 Si iniquitátes observáveris, Dómine, \* Dómine, quis sustinébit?

*Si llevas cuenta de los delitos, Señor, \* ¿quién podrá resistir?*

4 Quia apud te propitiátio est, \* ut timeámus te.

*Pero de ti procede el perdón, \* y así infundes temor.*

5 Sustínui te, Dómine, \* sustínuit ánima mea in verbo eius; sperávit 6 ánima mea in Dómino \* magis quam custódes auróram.

*Mi alma espera en el Señor, \* espera en su palabra;*

*mi alma aguarda al Señor, \* más que el centinela la aurora.*

Magis quam custódes auróram \* 7 speret Israel in Dómino,

*Como el centinela la aurora, \* Aguarde Israel al Señor;*

quia apud Dóminum misericórdia, \* et copiósa apud eum redémptio.

8 Et ipse rédimet Israel \* ex ómnibus iniquitátibus eius.

Gloria Patri et Fílio,\* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper,\* et in saécula saeculorum. Amen.

*porque del Señor viene la misericordia, \* y la redención copiosa;*

*y él redimirá a Israel \* de todos sus delitos.*

*Gloria al Padre y al Hijo, y al Espíritu Santo.*

*Como era en el principio, ahora y siempre, por los siglos de los siglos. Amén.*

### **Antífona 3 (Lucas 24, 26)**

Nonne sic opórtuit pati Christum, et intrare in glóriam suam? Alleluia.

*¿No era apropiado que Cristo padeciera así y entrara en su gloria? Aleluya*

### **Cántico Filipenses 2, 6-11**

Christus Iesus, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus.

Et hábitu inventus ut homo, humiliávit semetipsum factus oboédiens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Propter quod et Deus illum exaltavit et donávit illi nomen, quod est super omne nomen,

*Cristo Jesús, siendo de condición divina, no retuvo ávidamente el ser igual a Dios;*

*Al contrario, se despojó de sí mismo tomando la condición de esclavo, hecho semejante a los hombres.*

*Y así, reconocido como hombre por su presencia, se humilló a sí mismo, hecho obediente hasta la muerte, y una muerte de cruz.*

*Por eso Dios lo exaltó sobre todo y le concedió el Nombre-sobre-todo-nombre;*

ut in nómine Iesu omne genu  
flectatur caeléstium et terrés-  
trium et infernorum,  
et omni lingua confiteátur: «Dó-  
minus Iesus Christus!», in gló-  
riam Dei Patris.

Glória Patri et Fílio, et Spirítui  
Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc,  
et semper, et in saécula saecu-  
lorum. Amen.

*de modo que al nombre de Jesús  
toda rodilla se doble en el cielo,  
en la tierra, en el abismo,  
Y toda lengua proclame: Jesu-  
cristo es Señor, para gloria de  
Dios Padre.*

*Gloria al Padre y al Hijo, y al  
Espíritu Santo.*

*Como era en el principio, ahora  
y siempre, por los siglos de los  
siglos. Amén.*

### **Lectio brevis (1 Pedro 2, 9-10)**

Vos genus eléctum, regále sa-  
cerdótium, gens sancta, pópulus  
in adquisitiónem, ut virtútes  
annuntiétis eius, qui de ténebris  
vos vocávit in admirábile lumen  
suum; qui aliquándo non pópulus,  
nunc autem pópulus Dei;  
qui non consecuti misericórdiam  
nunc autem misericórdiam con-  
secúti.

*Vosotros, en cambio, sois un li-  
naje elegido, un sacerdocio real,  
una nación santa, un pueblo ad-  
quirido por Dios para que anun-  
ciéis las proezas del que os lla-  
mó de las tinieblas a su luz ma-  
ravillosa. Los que antes erais  
no-pueblo, ahora sois pueblo de  
Dios, los que antes erais no com-  
padecidos, ahora sois objeto de  
compasión.*

### **Responsorio *Surrexit Dóminus vere***

Surrexit Dóminus vere,

Alleluia, alleluia.

Et appáruit Simóni.

Alleluia, alleluia.

*Ha resucitado el Señor verdade-  
ramente.*

*aleluya, aleluya.*

*Y se ha aparecido a Simón,*

*aleluya, aleluya.*

Gloria Patri et Fílio et Spirítui  
Sancto.  
Alleluia, alleluia.

*Gloria al Padre, al Hijo y al Es-  
pírиту Santo.  
Aleluya, aleluya.*

### **Antífona para el Magníficat *Ego sum pastor* (Juan 10, 14, 15)**

Ego sum pastor bonus, qui pas-  
co oves meas et pro óvibus meis  
pono ánimam meam, alleluia.

*Yo soy el buen pastor, que cui-  
do mis ovejas y doy mi vida por  
ellas. Aleluya.*

### **Magníficat**

Magníficat ánima mea Dómi-  
num,

*Proclama mi alma la grandeza  
del Señor,*

et exsultávit spíritus meus in  
Deo salutári meo,

*se alegra mi espírиту en Dios, mi  
salvador,*

quia respéxit humilitátem ancí-  
llae suae. Ecce enim ex hoc beá-  
tam me dicent omnes generatió-  
nes,

*porque ha mirado la humildad de  
su esclava. Desde ahora me feli-  
citarán todas las generaciones,*

quia fecit mihi magna, qui po-  
tens est, et sanctum nomen eius,

*porque el Poderoso ha hecho  
obras grandes en mí: su nombre  
es santo,*

et misericórdia eius a progénie in  
progénies tíméntibus eum.

*y su misericordia llega a sus fie-  
les de generaci3n en generaci3n.*

Fecit poténtiam in bráchio suo,  
dispérsit supérbos mente cordis  
sui;

*Él hace proezas con su brazo:  
dispersa a los soberbios de cora-  
z3n,*

depósuit poténtes de sede et  
exaltávit húmiles;

*derriba del trono a los poderosos  
y enaltece a los humildes,*

esuriéntes implévit bonis et dí-  
vites dimísit inánes.

*a los hambrientos los colma de  
bienes y a los ricos los despide  
vacíos.*

Suscépit Israel púerum suum,  
recordátus misericórdiae suae,

*Auxilia a Israel, su siervo, acor-  
dándose de su misericordia*

sicut locútus est ad patres nos-  
tros, Abraham et sémini eius in  
saécula.

*-como lo había prometido a  
nuestros padres- en favor de  
Abrahán y su descendencia por  
siempre.*

Gloria Patri et Fílio, et Spirítui  
Sancto.

*Gloria al Padre y al Hijo, y al  
Espíritu Santo.*

Sicut erat in princípío, et nunc,  
et semper, et in saécula saecu-  
lorum. Amen.

*Como era en el principio, ahora  
y siempre, por los siglos de los  
siglos. Amén.*

## **Preces, Pater noster y Oración**

Respuesta a las preces:

**Christe, semper vivens, exáudi nos.** *Cristo, siempre vivo, escúcha-  
nos.*

## **Benedicamus Dómino V *Témpore Paschali***

Benedicámus Dómino.  
Deo grátias.

*Bendigamos al Señor.  
Demos gracias a Dios.*

**Si desea recibir por correo electrónico avisos sobre nues-  
tras actividades, indíquenos su dirección escribiendo a gau-  
deamus@corde.es**